

Henning Wegner Christoph Wegner

**Quod bene & feliciter cedat pro germana veritate, req[ue] vera Aequo-bono ex
bene deliberato & unanimi ICtorum decreto Academiae Rosarum de Nova
Innocentii III. Constitutione in Saepe X. de restit. spoliat. male formata & peius a
plerisq[ue] intellecta**

Rostochii: Myliander, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728668068>

Druck Freier  Zugang



H. Wegener (Dr. Wegener) ^{Nat.} / a

R. U. iii 1608:



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728668068/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728668068/phys_0002)

DFG

18

Quod bene & feliciter cedat
germana veritate, req; vera
Æquo-bono
ex
benē deliberato & unanimi fCtorum decreto
Academie Rosarum

de
NOVA INNOCENTII III.
CONSTITUTIONE
in

C. Sæpe X. de restit. spoliat.
malè formatâ & pejus à
plerisq; intellectâ

Præside
HENNINGO VVEGENERO I.U.D.
fratre meo

ope divina adjutus
publicum certamen subibo

CHRISTOPHORUS WEGENERUS, R. B.

Disputationis initium fiet hora 6. matutina
26. die Martij.
in auditorio magno.

ROSTOCHII,
Ex Typographia Stephani Myliandri
ANNO 1718 CVIII.

1708

*Douij Da. Joannem Cottman ad examinationem hujus
fationis omel. misit 20.*

SERENISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
D N. IOACHIMO FRIDERICO,
MARCHIONI BRANDENBURGENSI, S. ROM. IMPERII
Archicamerario, & Electori Septemviro potentissimo: Prussiae, Stetini,
Pomeranorum, Cassuborum, Vandalarum, nec non Silesiae Crostensium &c.
Duci, Burggravi Norinbergensi, & Principi Rugiae &c.
Domino meo Clementissimo.

In re magna, magno patrono opus est, Elector & Princeps Serenissime pro veritate, patrono veritatis, quo illustrissima tua celsitudine novi nec majorem, nec certiorem. Hunc ego non implorem huic disputatione, quam ad tenenda iustitiae vestigia; ad vitanda vero iustitiae devia speciem illius assumentis, totam directam appetet. Existimavi autem hac potissimum in re primum specimen certaminis ejusmodi edendum, quod haec tenus in ea simile subiverit nemo. & tamen mature fucum istum patesceri tantum refert, in quantum genuinam iustitiam tribunalibus praesesse recipit. salus requirit, tum etiam quod non ita pridem advocatus quidam non vocatus, in negotio Buhniano, ita constitutione vehementissime abuti, & adversae partis; imo judicis ipsius famam lacerare non erubuerit, nec dubitaverit istis calumnijs Vestrarum Illustrissimam Celsitudinem patronum laudare, mendacio patronum veritatis, cum tamen nec primo Prusse Duce ALBERTO, optimo Principi, in Actis pepercerit, quin spoliatorem, Prædonem, quid non? nominarit & proclamarit. Ejus principia ad unum omnia confello thesibus hisce. Quarum patrocinium tanto lubentius & clementius recipiet Serenissima Vesta Celsitudo, quanto magis sunt pro defendenda veritate germana, pro retundendis calumnijs, adversus Principes Prussiae, adversus summos ibidem iustitia administratores, adversus alios viros bonos & laudabiles. & quod non contumeliis sed argumentis fidant. Sicque omnino mihi faciendum ratus sum, & hoc debere me illustrissimæ domini Brandenburgensi, quod & in patriam meam, & in parentes meos, & in me ipsum quoque; summa ejusdem constarent beneficia. Eam precor Jehova diutissime servet in columem.

*Bibliotheca
Brandenburgica
Rostockensis*
Illustrissimæ Vestræ Cels. Subiectissimus
Christophorus VVegenerus.

Disputatio
ad c. sapè. de restitut.
ſpol.

THESIS I.

- I**ure civili contra tertium, etiam malæfidei pos-
ſeſorem, nequit agi remedio recuperandæ.
2. Per hoc autem capitulum, recipiens ſcien-
ter rem invasam à Spoliatore, tenetur eam spo-
liato restituere, licet non probet dominium. ut
ſummat Panormitanus rectè.
 3. De æquitate capituli videndum eſt. ſi propter eam forte &
in terris imperij à jure civili recedendum fit.
 4. In ijs autem locis, ubi nec civile jus, niſi propter æquitatem
ſequimur; nec canonicum, quām quatenus uſu receptum, magis
necessaria hæc quæſiſt.
 5. Et in terris imperij non ligant decreta Pontificum legiſ ſe-
rendæ potestate, ſed diuturno uſu.
 6. Hic probandus eſt ab allegante. aliter ſtamus juri civili.
 7. Si in imperio probari poſit uſus hujus capituli, mea nunc
disputatio non eſt futura, de non obſervando jure iſto; ſed tan-
quam iniquo abrogando.
 8. Ratione autem ſua, & alibi jus civile canonico cenſeo
præferendum.
 9. etiam ab Ethnicis proſectum.
 10. etiam præferendum inter Christianos.
 11. ſemper, ſemper. et ſi dicat Canonista versari periculum
animæ.
 12. Hoc Theologi noſtri intelligunt melius.

A 2

13. Iſtæ

13. *Isto praetextu omnem paulatim ad se jurisdictionem Pontificem. quam tamen ei negarat Salvator ipse.*
14. *Posset eodem & Episcopus noster. sed non justo. quod noverit ipse. nec velit igitur.*
15. *Theologi current cœlestia; temporalia Jurisprudentibus decidenda relinquant. Tabula secunda horum magis propria, ex sententia Alberici Gentilis.*
16. *Utamur in foro fori terminis fori, terminis ubique proprijs.*
17. *Poli leges impossibile est aptari ad forum mundanum.*
18. *quis potest servare? Et debemus tamen leges servare; & Legislator ferre ejusmodi, quæ possint servari.*
19. *Ergo rectissimè dictum eo sensu: Lex non curat de peccato. nec valet argumentum: Peccas possidendo. Ergo cogendus ut restituas ei, quem nondum constat dominum esse.*
20. *Is vero si & ipse recipiendo peccaret? sciens rem non suam se recipere.*
21. *Hoc magis peccatum. Plus est auferre, quam non dare. Ergo hoc magis vitare debebat Pontifex.*
22. *Alter etiam, dum restituit, sed invitus, an non peccatum auget? Si non sponte rem alienam restituere peccatum est.*
23. *Quid utilitatis est, quando etsi restituat, id ei ad vitandum peccatum non proficit. Stultum per vim aggredi, quod per vim nequit effici.*
24. *Ausim dicere, nullum esse hic peccatum non restituentis.*
25. *Non peccat qui jure suo uititur. Hic autem possessor ius nactus est tenendi rem, quæ ad legitimè à domino evincatur.*
26. *Alter si nequeat probare dominium, non habet ius evincendi ab hoc. Hic ergo habet retinendi.*
27. *Et in illis tamen terminis decidit Papa, cum nequit dominium probari.*

28. Se

28. *Si Tertius peccat, Deo peccat, non homini.*
 29. *Fateor, non bene primum illum à secundo dejectum.*
 30. *sed dico; nec bene tamen primo contra tertium interdi-
ctum dari.*
 31. *quippe tertius non dejicit. Delicta suos teneant au-
tores.*
 32. *Ait quidem glossa, istud vitium reale esse, quod omnem
possessorem sequatur. quod admitto.*
 33. *et addo, non aliter tamen, quam cum re, & rei respe-
ctu sequi.*
 34. *Hujus verò privilegio, tanquam sue, frui qui vult, doceat
suam esse, id est, probet dominium, & agat petitorio.*
 35. *Dicam etiam istud glossa de usucapione dictum, non de
interdicto. qua replicatio illà subtiliore planior.*
 36. *Panormitanus clarius dicendo, istum tertium teneri etiam
proprio delicto, quia se scienter intrusit in possessionem vitiosam:
dicit quidem secundum mentem Pontificis: sed ideo & commen-
tum ejusdem.*
 37. *In quem tandem is tertius recipiens deliquit?*
 38. *Non in primum. quippe quem ipse non dejicit.*
 39. *Non in secundum, à quo sponte exhibente recepit.*
 40. *An ideo in primum, quod sciens rem illi ablatam re-
cipiat?*
 41. *In privatis actibus, non facilè scire tertius potest, quid in-
ter primum & secundum actum sit; aut etiam si sciat, disimula-
re debet, ne curiosus videatur, inquit alicubi Paulus.*
 42. *Itane vero spoliatus, per spoliatorem in alium re transla-
ta, dum adversus possessorem ex nostra sententia non subvenitur
per restitutionis beneficium eidem spoliato, commodo possessionis
amisso, propter difficultatem probationum juris, proprietatis a-
mittet effectum?*
 43. *Sæpè contingit, ait Innocentius.*

44. Per jus nunquam contigit. Per te, Innocenti, potuit, ignorantem juris.
45. Rigorosum Paulum Jureconsultum facis, negantem interdictum contra tertium.
46. Te autem impostorem, & in hoc:
47. et in illo, quod ait, contra deicentem de jure civili non subveniri. Nobis nunquam id impones.
48. Idem Paulus docere te potuit discere volentem, si vi me dejeceris, quamvis sine dolo & culpa amiseris possessionem, te tamen damnandum esse quanti mea intersit. quia in eo ipso culpa tua praecessit, quod omnino vi dejecisti, aut vi aut clam fecisti.
49. An non sic satis subvenitur dejecto contra deicentem?
50. An magis aduersum tertium ei subveniri potest? cum in interdicto unde vi, tanti semper condemnatio facienda sit, quanti intersit possidere.
51. An adhuc Paulus, aut jus civile iniquum? Tu potius tam & qui juris censor iniquus.
52. Contra tertium si id Papa non constituissest in hoc nostro capitulo; ullo aliquid remedium possessorum constitutum negare, cum negante Panormitano, contra affirmantem glossam & Gofredum.
53. Ne in hoc ipso quidem contra tertium quemvis constitutum existimare debemus.
54. Sine eotria spoliato probanda essent; Possessio, dejectio, & hanc à reo convento factam esse.
55. Eo astante, duo priora inprimis.
56. Ultimi loco probandum erit, reum conventum esse male fidei possessorem, & gnarum violentiae.
57. Quid si res per multas manus ambulaverit? juxta Innocentium, nihil refert.
58. saltet id limitetur ex mente Panormitani & Angeli in consilijs, cum unus eorum ignarus fuit violentiae.
59. Tercia

59. *Tertium in bona fide existentem spoliatum, prius spoliato preferri contra Ripam Menochium landamus.*
60. *Contra tertium bona fidei possessorem, titulatum in primis, nec hoc, nec aliud remedium recuperanda dari, verissima et communissima Interpretum sententia.*
61. *Primus si contra secundum ex spolio egerit et ebinuerit, sententiam contra tertium possidentem, praesertim bona fidei possessorem, executioni mandari debere fatuus pronunciaaverit.*
62. *Ne agi quidem potest etiam contra bona fidei possessorem ex hoc capitulo, post malafidei factum. In quo Ripam Corasium et Menochium contra Panormitanum sequimur.*
63. *Ne contra eum quidem, qui ab initio est malafidei, si ignarus sit violentiae.*
64. *Quod probare eum non teneri contra Hostiensem definimus cum communi.*
65. *Multo minus contra eum, qui probare paratus sit, culpa sua actorem, aut sine violentia, possessione cecidisse.*
66. *Nec contra illum, qui docere velit actorem dominum non fuisse cum dejiceretur: aut in ea causa, ut res ab eo, in spoliatorem jure transferri debuisset, et receptam transferre teneatur.*
67. *Qui a magistratu spoliatus est, ut magistratu, ipsum magistratum de spolio convenire non posse, jam dixit Molinaus ante nos.*
68. *Propius ad rem est, si posset eum, cui ut creditoris spoliatus, rem spoliatam magistratus in solutum dedit? quod fortius nego.*
69. *Nec enim nocere debet factum magistratus ei, qui suum recepit; nec obtinendi modum magistrati prescribere debuit aut potuit.*
70. *Spoliatus autem negans de magistratu hoc casu, quod de reo affirmat spolium, sibi contraria dicit, nec idcirco audiendus.*
71. *Quibus autem casibus datur contra tertium hoc remedium, rem cum sua causa restituendam puto.*

Rem

72. Rem ipsam. si extet. si non, nec alienum est à textus nostri sententia estimationem.
73. Ejus vero nomine qui negat in spoliatoris bona immisionem faciendam, si se offerat solutioni, judex est aquifimus, nec ullam in legem impingit.
74. Solutionem autem intelligo, non numerum tantum pecuniae, sed & chirographorum à spoliato daturum in controversorum : Item debitorum aliorum similium.
75. Debitum enim debitori debet esse moneta quam maximè acceptabilis.
76. Si debitum controversum per debitorem hactenus stetit, quo minus liquidaretur, ipsum quoq; pro liquido agnoscam cum Jcto.
77. Sed & sine hoc, posset executione possessoriij tantisper suspensa judex debitum liquidare, presertim urgentibus alijs etiam circumstantijs.
78. Nam & alias scribit Stafileus, esse in judicis potestate, procedere tam super petitorio quam possessorio, si visum fuerit illi magis conducibile, & utile paribus, ut parcatur impensis superfluis.
79. Melioramentorum sane ratione etiam adhuc liquidandorum, rem ipsam quoq; retineri posse, verè defendit Menochius.
80. Defendemus amplius, in hoc remedio compensationi hodie indistinctè locum esse, ita ut est in rei vindicatione.

Coronis fit,

Publico libello famam alicujus etiam nomine suppresso lacerantem pæna capitali teneri. Indicantem autem & redarguentem non reprehensione, sed laude & præmio dignum, si dignus est Ulp. cui fidem habeamus.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728668068/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728668068/phys_0011)

DFG

59. Tertium in bona fide existentem spoliari
preferri contra Ripam Menochium laudamus.

60. Contra tertium bona fidei possessorem, tunc
nec hoc, nec aliud remedium recuperanda a
communissima Interpretum sententia.

61. Primus si contra secundum ex spolio ege
sententiam contra tertium possidentem, preser
vessorem, executi ai mandari debere fatius pron

62. Ne agi quidem potest etiam contra bon
ex hoc capitulo, post malefidei factum. In quo
& Menochium contra Panormitanum sequim

63. Ne contra eum quidem, qui ab initio est
rus sit violentia.

64. Quod probare eum non teneri contra I
mus cum communi.

65. Multo minus contra eum, qui probare
suā actorem, aut sine violentiā, possessione cec

66. Nec contra illum, qui docere velit actor
fuisse cum dejiceretur: aut in ea causa, ut re
rem jure transferri debuisset, & receptam tran

67. Qui à magistratu spoliatus est, ut magis
tratum de spolio convenire non posse, jam dix
te nos.

68. Propius ad rem est, si possit eum, cui u
rem spoliatam magistratus in solutum dedit? qu

69. Nec enim nocere debet factum magistr
recepit; nec obtinendi modum magistrati p
aut potuit.

70. Spoliatus autem negans de magistratu
re affirmat spolium, sibi contraria dicit, nec ia

71. Quibus autem casibus datur contra t
dium, rem cum sua causa restituendam puto.

